



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

Lucii II. Temporibus clari, cuius aliquas habes Epistolas apud Petrum
Cluniacensem & Othonem Frisingensem lib. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

De Patriarchis.

Et quædam alia. Claruit anno 1120.

YMARVS GALLVS ex Abbate Monasterij noui vr-
bis Pictauiensis Cardinalis Tusculanus, ad quem S. Ber-
nardi quædam extant Epistolæ: scripsit, cum esset in di-
uinis scripturis insignitè peritus,

Commentaria quædam in sacras literas, vt notat
Ciaconus. Obiit Cluniaci. an. 1154.

A COELESTINO II. CREATI.

ROBERTVS POLENVS aliàs Pully Anglus Cardi-
nalis, Oxoniensem Academiam penitus euersam, pri-
stino splendori restituit, optimarum artium disciplinas
gratis docens. Claruit anno 1146. scripsitque.

Sententiarum libros 8.

Super Doctorum dictis lib. 4.

De contemptu mundi.

In Apocalypsin.

In Psalmos.

Sermonum librum, &

Prælectiones aliquot.

LUCII II. TEMPORIBVS

*clari, cuius aliquas habes Epistolas apud Pe-
trum Cluniacensem & Othonem Fri-
singensem lib. 7.*

NICOLAUS Cardinalis tit. S. Damasi Bibliothecæ
Pontificiæ præfectus, hæbraicæq; linguæ peritissimus,
de cuius cognomine altum vbique silentium, scripsit
peculiari conamine,

De sacræ scripturæ emendatione argumentosum opus, quod plurimum commendat Cardinalis Bessarion.

Et alia complura nobis ignota.

AB EVGENIO III. CREATI.
cuius plures habes Epistolas, apud Petrum Cluniacensem, Rogerum Anglum, Othonem Frisingensem, & in Chronico Hirsaugiensi.

ROLANDVS BANDINELLVS Senensis, Cardinalis, qui postea Alexander Papa 3. laborantis Ecclesiæ columen, & meliore sæculo dignus; Federici 3. Imperatoris geminatas inuectiones flecti nescius, maioribus spreuit animis, quam verba fidem faciant, & præuertente illa sua rerum agendarum perspicentiâ munitus, accisas Ecclesiæ res, & reciproca varietate pendulas viquequaque constabiliuit. scripsit,

De Potestate Ecclesiastica, vt notat Trithemius.

Epistolas innumeras, quarum quædam extant apud Rogerum Anglum, Raduicum, Mathæum Parisium & alios.

Et alia quædam, vt refert Trullus in Chronico Canonorum regularium. Præterea Decretales sui temporis Epistolas, vnico volumine colligatas, consulta Alexandri, voluit nominari.

Obiit anno 1181.

NICOLAUS BREKSPEARE Anglus Cardinalis, qui postea Hadrianus Papa 4. scripsit.

Pro expeditione Hybernæ ad Henricum 2. Angliæ Regem.

Ad